

310 Rovigni rep. prope turrim Romanam; habuit de Franceschi.

PROC · AVG

Istria 1849 p. 149.

IV. Pedena et Pisino cum locis vicinis.

Coniunximus hoc capite titulos rare sparsos per Histriam mediterraneam meridionalem usque ad Piquentum, id est inventos per agrum Pedenensem et Pisinensem in vicis *Canfanaro, Due Castelli, Leme, S. Lorenzo di Pasnadego, Coridico, Novaco di Pisino, Pedena, Gollogorizza, Boglium*. Antiquam harum partium attributionem ignoramus nec ex titulis in ea re quicquam proficimus, cum sint argumenti privati omnes.

rizza, Boglium. Antiquam harum partium attributionem ignoramus nec ex titulis in ea re quicquam proficimus, cum sint argumenti privati omnes.

311 all' altare di S. Vittorio nella cappella dei SS. Vittorio e Corona di Canfanar.

D · M  
LAEVINIAE · C · F  
SABINAE

Kandler ms., cui dedit Antonius Maria Basilio Canfanarensis.

312 in Istria ad duo castra vel ad duo castella RED. SAN. MAR. AMBROS. BOL. Histriae ad castrum duorum castellorum TIBERINUS. Intellegitur vicus *Due Castelli* non longe a canali Lemensi. Istriae IUC. GAMM.

QVOD · FAS · ERAT · FILIVM  
FACERE · PARENTIBVS  
MORTE · INMATVRA  
Q · SERG · ET · SEX · R  
5 FILIO · FECERE  
PARENTES · INFELICISSIMI

Haec apud antiquos reperiri solet non inter Histricas, sed inter Aquileienses. Habent cod. Red. f. 138, ubi inter Gradenses est octava (inde Gud. 249, 2); Sanutus f. 255; Marulus n. 96; cod. Ambros. C. 61 f. 81 (inde Mur. 1214, 7 ex schedis, ut ait male, Iulii Guastavini). Item diverse codex Ioh. Matth. Tiberini saec. XV exeuntis servatus apud doctorem Ioh. Turri Regiensem f. 13; Iucundus f. 213; Gammarus f. 2; Hier. Bologna (cod. Cicognae 1874 f. 24) a Petro Passarino Utinensi.

Versuum divisio incerta est. — 3 IMMATVRA Ambr. (?) Iuc. Bol. — 4 Q · SERG · (SER · Red.) ET · SEX · R reliqui, L · B · ET · C · L · B Tiber. Iuc. Gamm. Bol. — 5 F pro FILIO Tib. — FACERE San. — 6 PAREM PARENTES San. Red. — INFOELICISSIMI Gamm., INFOELICISS Tib., INFOELICISS Iuc. Bol.

313 Leme rep., extat Polae in museo ex dono Rismondi Rovignensis.

T · AN  
T · L  
GALLIO  
5 V · S · L · M

Contuli. Ed. Kandler in Istria 1850, 287 et inscr. n. 318 inter Polenses.

318 rep. in Monte Coronae, nunc Coridici in coemeterio.

M · HOSTILIVS  
CRESTVS  
SIBI  
V · F

Kandler, qui vidit, ms. et in Istria 1846, 105 et in syll. n. 389.  
1 HOSTILIVS ms., ubi praeterea datur infra abrupta.

314 S. Lorenzo in Pasnadego in ecclesia CARLI. Nel castello di S. Lorenzo al Leme, pietra da lastrico nella chiesa cemeteriale KANDLER. Ibidem vidit iam SANUTUS.

C · FABIO · T · F · VETERANO  
LEGIONIS · XI  
STIPENDIORVM XX  
VIII

T · FABIVS · FRATER · FECIT  
Sanutus f. 255; Carli 2, 268; Kandler ms. et in Istria 1850 p. 154 et syll. n. 415.  
1 VETERAN San. — 3 <sup>XX</sup>/<sub>III</sub> Carli.

315 trovato nel territorio di S. Lorenzo d'Istria ZENO. Intellegitur *S. Lorenzo di Pasnadego*, ubi praefectum habuerunt Veneti (cf. Tommasini p. 437).

C · VIBIO · C · L · SA  
ET · COL · SALVIAE  
FILI · FEC

Antonius Cornaro praefectus S. Laurentii dedit Apostolo Zeno, qui misit 14 Mai. 1700 Fontaninio, 22 Aug. 1705 Muratorio (*lettere* 1, 89, 338; Mur. ms. et 1285, 13).

316 Säule gef. 1785 in dem Thal bei Coridico in dem krainischen Antheil Istriens.

ANNIA  
T · TERTIA  
V · S · L · M

Linhart Krain 1, 444 (inde Kandler App. n. 841).

317 rep. in Monte Coronae, nunc Coridici nel ballatojo di Matteo Chervatin.

P · CALEDIVS · C · F  
MVSSIA · L · F · SECVNDA  
V · F · SIBI · ET · SVIS · C · CAL  
EDIO · PATRI · P · GNOIAE  
5 MATRI · L · MVSSIO · PATRI  
SECVNDAE · CLAVSIAE  
MATRI · ET · FRATRIBVS  
SVIS · SECVNDA  
L · C · T · M · MVSSIS

Kandler, qui vidit, ms. et in Istria 1846, 105 et in syll. n. 381.

6 CLAVDIAE syll. errore.

*P. Caledius C. f., Mussia L. f. Secunda v(i) f(e-cerunt) sibi et suis: C. Caledio patri P(ublii?), Gno-iae(?) matri, L. Mussio patri Secundae, Clausiae matri, et fratribus suis Secunda L. C. T. M. Mussis.*

319 rep. in Monte Coronae ad Coridicum.

//IENIO//

Kandler, qui vidit, in Istria 1846, 105 et in syll. n. 390.

320 Novaci ad Pisinum KANDLER (ms.).

LAELIA · C · F  
MAXIM · N · C  
OPIAVS  
REVIARIVS  
5 N · LXXXV

Kandler ms. a Camasio quodam, qui misit a. 1853; in ed. n. 403. 404 auctorem laudat Carolum de Franceschi. Puto tamen idem esse exemplum.

In ed. v. 1. 2 a sequentibus separantur daturque 1 LAELIA. — 3. 4 fortasse OPTATVS · RETIARIVS.

321 Pedenae in foribus aedium Andreae Urbanich retro ecclesiam cathedralem SCHED. LAIBAC. nunc in aedibus Antonii Fumich KANDL.

VALERIAE  
P · F · TERTIA  
MATER · ANTO  
L · F · PROQV  
ANNO · N · XVII

Kandler ms. et in Istria 1846, 106 et in syll. n. 490 cum ex schedis Laibacensibus (v. n. 322) tum ex apographo Franceschii.

1 VALERIA Laib. — 3 ANTI Laib. — 4. 5 PROQVAN|NO Laib.

322 Pedenae in aedibus Matthaei Francovich canonici primicerii.

L · VIBIVS · L · F · PVP  
CANALIVS · ANN · L

Kandler in Istr. 1846, 106 et in syll. n. 489 ex schedis scriptis c. a. 1780, quas dedit Petrucci professor Laibacensis.

323 Gollogorizae.

T · AVILIVS  
PROCVLVS  
T · F · I · SIBI  
I · IADIANC

Kandler ms. et syll. n. 492, cui misit Carolus de Franceschi.

4 in lac. om. Kandler ms.